The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Amissio rerum t

cum fonte primo

Byas,

omnibus

amissis, omnia,
inquit, mea bona mecum porto. Pectore enim illa gestabat non humeris, nec oculis uidenda sed animo estimanda. Que domicilio mentis inclusa nec mortalium, nec deorum manibus labefactari queunt.

Valerius Maximus libro VII.

Bias
autem, cum patriam eius Prienen hostes inuasissent,
omnibus
quos modo saeuitia belli incolumes abire passa fuerat pretiosarum rerum pondere onustis fugientibus, interrogatus quid ita nihil ex bonis suis secum ferret ‘ego uero’

inquit ‘bona mea mecum porto’: pectore enim illa gestabat non humeris, nec oculis uisenda sed aestimanda animo. quae domicilio mentis inclusa nec mortalium nec deorum manibus labefactari queunt,
et ut manentibus praesto sunt,
ita fugientes non deserunt.

Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia*, 7.2.ext.3 (J. Briscoe ed., pp.445-6, ll.160-169).